

Band VIII., Nr. 3125, Seite 335

Graf Eberhard von Württemberg überträgt dem Kloster Bebenhausen das Eigentumsrecht an Gütern in Echterdingen.

Köngen, 1282. März 1.

Eberhardus dei gratia comes de Wirtenberc universis presentes litteras inspecturis salutem et credere subnotatis. Cum religiosi viri . . abbas et conventus monasterii in Bebenhusen ordinis Cysterciensis Constantiensis dyocesis a Friderico milite seniore advocato de Ehtertingen et a Marquardo Heinrico ac Friderico fratribus eiusdem Friderici filiis comparaverint titulo emptionis pro certa pecunie quantitate universa bona, que predictus Fridericus et filii sui prenotati habuerint in territorio ville Ehtertingen sive in domibus areis horreis agris pratis nemoribus ortis pomeriis sive possessionibus quibuscunque cum omnibus eisdem bonis attinentiis, que ad nos titulo proprietatis pertinerint, de quibus a nobis dictus Fridericus sui que filii prenotati infeodati fuerint atque feodi titulo possiderunt, universis constare cupimus per presentes, quod proprietatem eorundem bonorum possessionum cum omni dominio et libertate donavimus contulimus et tradidimus libere et quiete pleno iure possidere . . abbati et conventui monasterii supradicti dicto contractui plenarium adhibendo consensum. Ne autem super contractu huiusmodi et donatione per nos taliter facta aut nostro consensu contingat in posterum aliquod dubium suboriri, presentes litteras . . abbati et conventui supradictis contulimus nostri sigilli munimine roboratas. Testes, qui hiis interfuerunt, sunt hii: Wal[terus] de Kaltental, Swiggerus de Gundelvingen, Wolframus de Bernhusen, Swiggerus et Reinhardus de Berge patruelles, Reinhardus et Conradus fratres de Altenburc, dictus Kenlin et Johannes de Zullenhart et alii quam plures fide digni.

Datum et actum in Kungen, anno domini MCCLXXXII., kalendas Martii, indictione X.

—

Der Textabdruck folgt dem Original auf italienischem Pergament.

An der Urkunde das runde Siegel des Grafen Eberhard von Württemberg, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 2915 (WUB, Bd. VIII, S. 191) und die Abb. in OTTO VON ALBERTI: Württembergisches Adels- und Wappenbuch, 2 Bde., Stuttgart 1898-1916, Tafel II, Nr. 6.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 474 U 514

Überlieferung und Textkritik:

Original. Abschriften im HStA Stuttgart A 403 Bü 38 b und im Kopialbuch HStA Stuttgart H 14 Nr. 24 Heft 6, S. 11, Heft 9, S. 9 und Heft 23, S. 17.

Editionen:

Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F. 1=40 (1886) - [...], Bd. 3, S. 426 (Auszug).

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Köngen

Ortsindex:

(Burg) Württemberg Wüstung (21519)

(Burg) Württemberg, Stuttgart, S, W

Alte Burg Wüstung (21490)

Altenburg, Stuttgart, S, A

Bebenhausen Wohnplatz (16199)

Bebenhausen, Tübingen, Tü

Berg, Stuttgart, S, A

Bernhausen Wohnplatz (481)

Bernhausen, Filderstadt, ES

Echterdingen Wohnplatz (512)

Echterdingen, Leinfelden-Echterdingen, ES

III

Gundelfingen Wohnplatz (15913)

Gundelfingen, Münsingen, RT

Kaltental Wohnplatz (30)

Kaltental, Stuttgart, S

Konstanz Wohnplatz (14442)

Konstanz, KN

Köngen Wohnplatz (383)

Köngen, ES

Zillenhart Wüstung (21681)

Zillenhart, Schlat, GP, W